

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

ipsoſ Dæmones horret, ac detestatur. Ac propterea ait S. Chrysostomus non tam graue eſſe detrimentum, quod ſint in Ecclesia Dei à Dæmonis obſeffi, quam quod ſint improbi Sacerdotes, qui iſum Christum, eiusq[ue] ſanguinem conculcent. Grauiſſimam etiam iniuriam infert iſi poreſta ordinis, datae eiad remittenda peccata: quia illam coniungit cum ipliſme inimicis, ad quorum deſtruictionem illa dirigitur. Et cùm deberet eſſe aliorum ægrotantium medicus, quorum morbi ſunt voluntarii: ipſe gañdet, quod fiat eorum particeps. Et iſius morbi eò ſunt deteriores quod ratione officij ſui deberent priu[er]o ab eo curari. Nam hic recte locum habet commune prouerbium, quod Christus Dominus noster opportunè promulga: *medice, cura teipſum*, cur placet tibi ægrotare: cùm poſſis ex gratia Dei teipſum curare, & ex officio tibi incumbat alios curare? Quomodo alii ægroti ſperabunt ſe à te curandos qui teipſum non curas?

## §. I.

**Q**uid autem dicam de alia circumſtantia malitiam illam augente. Cùm enim ex officio incumbat aliorum curare peccata: ea potius auget malis ſuis exemplis. Hæc illa eft Dei querela in malos Sacerdotes, dicentis eis: *a vos autem recififtis de via, & scandalizauſtis plurimam Lege, & irrum feciſtis paclum*, quod ego iniui cùm Leni. Nam ex improba veſtra vita ſcandalizati alii, occaſione ſumpererunt ea imitandi. Ac propterea ait S. Gregorius à nullo accipere Dñm nostrum tantam iniuriam, quam à malis Sacerdotibus. Nam quos ipſe conſtituit ad alios corrigendos ipſi eos potius malo ſuo exemplo deprauant, vorantes peccata, qui ratione ſui officij ea erant extirpati. Hos ait S. Augustinus eſſe, qui Christo Domino nōtro fel p̄r̄bent comedendum, & acetum portigunt bibendum. Cùm enim ipſe ſalutem animarum eſuriat ac ſicit: Sacerdotes, quorum eſt famem & ſitum illam mitigate, eas adiuuando ut ſaluentur; potius eas ſcandalizant, & à profectu retardant: huiusmodi enim ſcanda la Christo ipſi ſunt fel amarum & acetum horridum.

Hic accedit, quod vita ſua depravata fructum corruſtum egregiorum operum, quæ ratione ſui officij p̄fſtant: quia nihil ipiſ prolunt. Et hac ratione S. Gregorius explicat illud Jeremiæ: *b semina ueruū triticum, & spinas mifererunt: hereditato nacceperunt, & non ei proderit.* LXX. Interpretētes legunt: Cleri eorum non proderunt eis. Quid enim (ait S. Hieronymus) eis proderit nomen Epifcoporum, ac p̄ſbyterorum: ſiquidem ipſis dignitatibus ſuis magis onerantur, & grauius onus portant? Et cōſtententes potenter tormenta patientur; & d quibus mulum datum eſt, mulum querentur ab eis: & quibus commendauerunt multum, plus petent ab eis. Nam eò ſunt maiores culpæ Sacerdotum, quod ſunt maiores honores & excellētia;

*Homil. 83,*  
*in Matth.*

*c Luc. 4. 23.*

*a Mal. 2. 8.*

*Homil. 17.*  
*in Euāgelia*

*In Pſal. 68*

*b Ierem. 12.*  
*13.*

*Ibi Et*

*Epif. ad*

*Nepotian.*

*c Sapiet. 6. 7*

*d Luc. 12.*

*+ 8.*

6

lentia, quæ cum excello illo Status sunt coniunctæ. Major enim est eorum ingratitudo: cum tot fauores ac priuilegia concilcant, nec tantis beneficijs acceptis fideliter respondent. Ita enim S. Gregorius sentit: quod qui plus acceperit, seuerius sit examinandus; nam quod magis augmentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Et quoniam Deus est iustus iudex, exactam valde de omnibus rebus rationem exigit; de Sacris scilicet, quæ celebrarunt; de Horis Canonicis, quas legerunt, de confessionibus, quas exceperunt, aut ipsi fecerunt; de alijs ministerijs, & officijs, quæ præstarentur; ac de exemplis, quæ alijs dederunt. Quod si in his omnibus defectus aliquos admiserunt, non solum propria peccata ipsis imputabuntur; sed etiam aliorum, qui ex eis occasionem acceperunt, hoc est, ex scandalo, aut incuria & negligentia: propter quæ aliena peccata fecerunt sibi propria. Hinc aliud oritur ingens incommodum: sicut enim culpæ adhærent & propagantur, ita crescent & multiplicantur supplicia, quæ propter eas inferuntur. Quemadmodum enim corruptum caput totum corpus corrumpit: ita (ait S. Ambrosius) malitia & negligētia improbōrum Sacerdotum in causa est, cur populus vitiorum peste inficiatur, & laboret: ac proinde magnis à Deo calamitatibus afflieatur. Ut videre licet in horrenda illa punitione, quam Deus populo Israel intulit propter peccata filiorum Heli, permittens cœdi populum Israël, & e cadere triginta millia de eis, ipsamq; Dei Arcam capi a Philistis quam potius voluit tradi hostibus suis, quam retineti à Sacerdotibus adeo impijs. Et cum Deus iussit percuti usque ad intercessionem omnes habitantes Ierusalem, qui non essent signati Thau: adiecit à Sanctorio meo incipite: hoc est (vt S. Hieronymus explicat) ut executio sententiae inciperet ab improbis Sacerdotibus, qui fuerunt prima origo peccatorum populi, & seueræ illius punitionis.

DENIQUE Sacerdotum peccata adiunctam habent pernicioſam valde circumstantiam, difficultatem scilicet curationis & præparationis. Nam si sæculares peccant, Sacerdotes eos corripiunt, & pro eis orant: peccantes autem Sacerdotes quis audebit corripere? Et quoniam illorum peccata in iniuriam cedunt Sacramentorum: permittit Deus (ut suprà dicebamus) ut eorum remedium non rectè attingant & inueniant. Et quoniam respectum & reverentiam erga res sacras amittunt: id est in eis nec iucunditatem illam, nec uirtutatem inueniunt, quam sæculares. Quare illa Prophetæ maledictio illos comprehendit: *g tu calcabis olinam, & non ungeris oleo; & mustum, & non bibes vinum;* nam alijs conferunt Sacramenta, & lactificia applicant, quibus illi deuotione ac furore spiritus replentur: ipsi tamen non vnguntur oleo gratia, nec vinum charitatis bibunt. Propter has omnes rationes èo usque progressus est S. Chrysost. ut tremendā

Homil. 9. ii.  
Euangelia.

7

Lib. de Di-  
gnit. Sace-  
rotis c. 5.  
S. Greg. Ho-  
mil. 17. in  
Euang.  
c 1 Reg 4.  
10. 6.  
t Ezech. 9.  
ibidem.

8

g Mich. ea. 6  
5.

*Homil. 3. in  
Acta. Apost.*

*Homil. 7. in  
Ieremiam.*

*a Lue. 15.22.*

*b Zach. 3.1*

quandam adhibuerit exaggerationem, quamuis de Episcopis loqui videatur: non arbitror, inquit, inter Sacerdotes multos esse, qui salvi siant; sed multi plures, qui pereant. Alij enim deficiunt in una oblatione, alij in alia, & alijs in omnibus. Et Origenes explicans illa verba Ieremia: Cleri eorum non prae-  
runt eis; hanc profert sententiam: Nosse debetis non statim esse lauando, quia Clerici sumus; multi enim & Presbyteri pereunt, & laici beatissimi reperiuntur, &c. Deus enim Dominus noster non tam statim celistrudinem spectat, quam vitam & ferorem in eo existentis: quamuis Statu p̄stantior ex seipso iuuet ad feruentiore tutioremque vitam ducendam.

### §. II

**Q**VID QVID haec tenus diximus, non edunt, ut Sacerdotes peccatores desperent, aut animum abijciant; sed ut horrere de suis peccatis concipient, & statim penitentiam agant. Si enim verè pescent, vitamque improbam corrigant: tanta est Diuina misericordia (quod superius dicere coepimus) ut sicut filium prodigum ad le redemptum recepit, a primam stolam, annulum, & calceamenta prima restituit; & locum & honorem, quem prius habebat, ei reddidit: ita ipsis sit redditurus gratiam suam, & charitatem omnemque honorem, ad ipsorum statum pertinentem. Quemadmodum est pulcherrimè depictum in magno quodam Antiquæ Legis Sacerdote, qui vocabatur *b* Iesu, filio Iosephi, quem vidit Propheta Zacharias indutum vestibus sordidis, & Sathanam stantem a dextris eius, ut aduersaretur ei. Et simul Angelum Domini cum alijs Angelis, ut illum defenderent: quem Iesum cum Angelus compunctum videtur, conuersus ad Sathanam graniter illum reprehendit, dicens: nunquid non iste torris eritis de igne? quid illi molestus es? & astantibus Angelis dixit: auferte vestimenta sordida ab eo, & ponite Cidarim mundam super caput eius: & ita fuit factum. Et dixit Angelus ad eum: Ecce abstuli a te iniquitatem tuam, & indui temutatoriis, & vestibus preciosis. Et contestabatur Angelus Domini Iesum dicens: Hoc dicit Dominus exercituum: si in viis meis ambulanteris, & custodiā meā custodieris: si quoque iudicabis doct̄um meā, & custodes atria mea, & dabo tibi ambulantes tecum aliquos de his, qui nunc habentur. Quibus verbis magis proprijs & ad rem ipsam pertinentibus exprimi potuit fauor, & studium Dei erga Sacerdotem penitentem, eram si improbus valde fuerit? Cuius malitia in eo consistit, quod uestes habet turpes & sordidas. Quemadmodum enim Sacerdos duplices habet uestes: quasdem communes, quibus vtitur, cum agit & versatur cum alijs hominibus; alias sacras, quibus tantum vtitur, dum celebrat Diuina mysteria, & harum maculæ sunt multo turpiores: ita duplex est genus culparum